



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 65. Alia controversia a Gallis suscitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](#)

quartam pensionum partem , quam an- Sæc. XVIII.
 nnis Episcopatum, ceterorumque Sa- A.C. 1736.
 cerdotiorum proventibus imponendi fa-
 cultatem jam antea Reges Lusitani ha-
 bebant, ad tertiam usque partem ex-
 tendere posset. Cum vero Rex nec
 tam ampio favore sibi satis datum cre-
 deret , & Pontificem ad tam duras
 conditiones , quas ipse præscripsit,
 flecti posse desperaret, consueto Regiæ
 ultionis terriculamento usus , Pontifi-
 ci Oratoris ac Nuntii negotiis inter-
 dixit : Tandem anno proximo hæc lis
 penitus terminata est.

§. LXV.

Alia controversia a Gallis mota.

Nec magis pacata ex Galliis spirabat
 aura ; quamprimum enim Clemens
 Papa Augustum III. prout in prælimi-
 naribus pacis articulis conventum erat,
 Poloniæ Regem agnoverat, mox Gal-
 li hanc agendi rationem ægris oculis
 aspiciebant, horum quoque indigna-
 tio novum cepit incrementum ex eo,
 quod Pontifex ad Poloni Regis nomi-
 nationem Grobowski ejus Legato Vil-
 nensem Episcopatum contulisset, cum
 tamen Franciæ Orator Comitem Zalus-
 kiūm ad præfatæ Ecclesiæ Infulam pro-
 moveri

Sæc. XVIII. moveri postulasset: desuper Orator pro
A. C. 1736 lixissime querebatur, cui tamen Pon-
tifex respondit, gravissimis ex cauſis
ſe Poloniæ Regis precibus hac in re
ceſſiſſe, de cetero autem ſe intentiſſi-
mum fore, ut alio modo Stanislai pre-
cibus obſecundare poſſet: Aſt impor-
tuuſiſmo tempore accidit, ut Poloniæ
Nationis ſuæ Templo præfati Stanislai
inſignia auferrent, ſubrogatis illis Au-
guli Saxonis: Tum vero Gallicus Ora-
tor mox, nequidem Papa valere juſſo,
Roma Tuſculum ſeceſſit; & quia Han-
nibal Cardinalis Albanius, utpote Po-
lonici Regni-Protector, hæc inſignia a
dictæ Ecclesiæ frontispicio abſtrahi ju-
ſit, ideo Franciæ Orator præcepit, ut
vicifim hujus Cardinalis inſignia, qua-
ante Eccleſiam SS. Trinitatis ad Mon-
tes Fratrum Minimorum, quorum Pro-
tector erat Albanius, abſtraherentur:
quo facto Cardinalis Manlianam ad
ſuam Episcopalem Eccleſiam rediit,
ibidem tamdiu ſubſtiturus, donec hæc
lis cum Galliarum Rege composita eſſet:
Orator autem palam declarabat, Re-
gem ſuum cunctas Congregationes,
quibus hucusque Albanius Cardinalis
interfuiffet, pro nullis irritisque habi-
turum. Aſt Ludovicus XV. Francie
Rex frivolas ejusmodi altercationes
pertælus, comprobatis Papæ rationi-
bus



bus pristinam restituit pacem, & Ora-
torem Romanum reverti jussit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

Supererant adhuc inveteratæ lites
a Sardiniae Regis Administris propaga-
tæ, quas, ut tandem componerent,
Cardinales Alexander Albanius, &
Petrus Corradinius extremos adhibe-
bant conatus, hucusque tamen irritos.

§. LXVI.

Clementis Papæ oppositio contra Neapolitani Regis postulata.

Exeunte hoc anno inter Carolum Cæ-
sarem & Galliæ Regem de pace in-
eunda serio cogitatum est, cui quoque
subscriperant Hispaniarum & Sardiniae
Reges, qui Gallicis armis faventes fœ-
dus cum iis percuferant. Illud vero
præprimis doluit Clementi, quod in al-
tera transactionis parte die tertia Oc-
toberis Viennæ sancta ducatus Parmæ
& Placentiæ Domui Austriacæ asserti
suissent, nulla omnino habita ratione
Sedis Apostolicæ, quæ has ditiones
tanquam avita sua feuda sibi vendica-
bat. Eapropter Pontifex graviter apud
Cæsarem, aliosque Principes paciscen-
tes querebatur. Nonnihil tamen dolo-
rem leniebat, quod in quinto ejusdem
pacis articulo Cæsar Ducatus Castrum
Hist. Eccles. Tom. LXXV. Y &